

N. A. C.

13.

DISSE^TAT^O PHYSICA

DE

EXHALATIONIBVS
SEV EFFLVVIIS

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

ERNESTO AVG^VSTO
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA

D. IMPERAT. AVG. CVM IMPERIO DVCE VNIVERSIT
EQVITATVS LEGIONISQUE CATAPHRACTORVM
AEQVE AC PEDITVM PRAEFECTO

IN ACADEMIA IENENSI
PRAESIDE

IO. CHRISTIANO STOCKIO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
ILLIVS PROFESSORE EXTRAORD. ET ACAD. NAT. CVRIOS. ADSCRIPTO
PATRONO AC PRAECEPTORE
OMNI PIETATE ET OBSERVANTIA PROSEQUENDO

A. D. XVI. NOVEMBRI^S A. S. A. C. P. 60 Is cc XXXIII.

PVBЛИCAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

IO. IACOBVS ALGOEWER VLMENSIS
SUBSIDIET AVCTOR
PHILOSOPHIAE ET SANCTIORIS SCIENTIAE CVLTOR

LOCO HORISQUE CONSVENTIS

LITTERIS MARGGRAFIANIS.



DIESER TATTOO PHYSICI

EXHALATIONIBVS
SVA EFFAVANS


MAGISTER
PROCTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIE AC DOMINO
DOMINO
HERNISTO AGASTO
DUC SAXONIARIA ITALICAE CIVITATI MONTANI
MAGNATE ET WESTPHALIE REIOYA
IMPRESA, Vnde CAM IMPRINTO DACT. ANNIARII
EGALITATIS LEGIONISQVE CATHARICOTORVM
VSCAE AC SEDITIONARIA LIBREPCOTO

IN ACADEMIA VENSI

PRAESEDE

IO. CHRISTIANO STOCKIO
PATRONO AC PRAECEPTORI
OMNI PLESTIA ET OBSERVANTIA PROSPERANDO
LACUS TERRITORIUM DEDICATIONI
IO. IVOCABVS ALGEMER AVLEMPE
PHYSICOGRAPHIA ET ASTRONOMIA SCIENTIA CALATOR
H. D. H. H. H.

HILDEBR. MARSGRAFIAENSIS



LECTORI BENEVOLO

S. D.

AUCTOR.

BOYLEVS, Anglus nobilissimus, ac
diligentissimus naturae indagator, de
effluuiis seu exhalationibus est multa,
eaque egregia commentatus: his vero
politioris rerum naturalium scientiae
temporibus multi, historica minus con-
tenti cognitione, singulorum postu-
lant rationes phaenomenorum, quas, meo
quidem iudicio, de exhalationibus summus ille
vir ne monstrare quidem voluit, colligendarum
experientiarum studiosissimus. Rationes vero, si
non omnium, quamplurimorum tamen de ex-

A 2

halat-

P R A E F A T I O

halationibus phaenomenorum haud pauci, et qui
in magnis sunt laudibus, viri, partite quidem pro-
posuerunt. Sequemur in experientiis potissimum
illustrem BOYLE VM, sed e fontibus mathema-
ticarum, chymicarum ac philosophiae recentio-
ris scientiarum, quantocunque modo videbi-
aur, hauriemus: in humanitate tamen, qua ni-
hil est formosius, nihil pulcrius, nihil amabili-
us, qua etiam, LECTOR BENEVOLE, vt
emineas virtute, viribus contendis omnibus,
spem pono atque defigo, immo confido, fore,
vt quas de exhalationibus proponimus senten-
tias rationesque earum, animo iudices aequi-
fimo. Quid enim in vnaquaque re verum
sincerumque sit, perspicitur difficile, difficilis
tamen in iuuenis aetatulis. Voluntate autem
propensa TVA nihil mihi est optatius. Vale.

I. N. I.



I. N. I.

§. I.

Exhalationes seu effluvia sunt particulae a corporibus separatae, non, nisi sub congerie, et condensatio aliqua facta, visui se sistentes, quas in aerem abreptas hic tamdiu sustentat, quamdiu cum aliis cohaerentes particulis molem constituant, cuius pondus minus est cohaesione partium aerearum.

§. II.

Aer, qui corpus tangit, et ab eo transeuntis recipit exhalationes, eiusdem corporis atmosphaera dicitur.

§. III.

Exhalationum congeries in aere visibilis, atque in ea eius parte, in qua existit, radios lucis, ab aliis venientes

A 3

COR-

corporibus, parcus transmittens, facile tamen quaquaer-
sus flexibilis, atque ulteriore condensationem aequa ac
dissipationem, pro caussarum occasionalium ratione,
prompte subiens, est id, quod vapor dici consuevit.

§. III.

Entia simplicia quidem, quatenus sunt simplicia,
oculorum fugiunt aciem (vi princip. metaphys.): ast ma-
terialium substantiarum haud paucae, non repugnante
materia, etiam sunt inuisibiles, e. g. aether, aer, quam-
quam magnum repleant spatium, corpora tamen sunt in-
uisibilia, ut magneticum fluidum, fluidum, a quo elec-
tricitas pendet, aliaque subtilia admodum fluida taceamus.
Optimi quoque rerum magistra, experientia duce disci-
mus, herbas, flores, fructus, aquas fragrantes, spiritus,
olea, in primis destillata, balsama, multaque alia odori-
fera, et per magnum saepe spatium odorem, hinc et ef-
fluvia sua spargere, tametsi eiusmodi particulae videri ne-
queant. Digna est, quae hic commemoretur a IOANNE
CHRISTOPH. STVRMIO Phys. elect. seu hypothet. T. I.
Cap. de odoribus et saporibus p. m. 337. laudata DIGBAEI
obseruatio, qua ex ora maritima Hispaniae roris marini
per 30. leucas et amplius est odor perceptus. Ter vel
quater, DIGBAEV inquit, has oras praeter nauigauis,
semperque obseruauis, nautas ad vnguem quasi tenere, quan-
do trigesita vel quadraginta milliaribus (non amplius distan-
tiae exacte recordor) ab hac regione absunt, idque ex fra-
grantissimo roris marini odore, illinc efflato cognoscunt, immo
ego ipsem odorem hunc aequa valide percepi, ac se auolum
roris marini ramum manibus tenerem; accidit autem haec
nobis res duabus vel tribus ante diebus, quam in conspectum
terrae

*terrae prouokeremur, sed, ut verum fatear, aduerso tum
temporis vento, riebamur &c. Referentibus peregrinatori-
bus, qui nauigii insulae Ceylan adpropinguarunt, ad-
uerso tamen vni vento, in viginti, immo triginta milliari-
um distantia, obvia et satis sensibilia effluvia fuerunt suauis-
sima. Praeterea experientia quoque docet, salia volatilia
vitris, quibus continebantur, vitreis non solum obtura-
culis (mit eingeriebenen Glas-Stöpseln) sed vesica etiam
satis densa munitis, non perfecte asperuari potuisse, sed
per angustissimos meatus et porulos inuenisse exitum,
quemadmodum fluidum electricum per poros vitri trans-
it. Mirum igitur non est, quod insignis salis volatilis
(vel virinae fermentatae, vel cornu cervi) massa, quam
BOYLEYS penes se habuit, sensim e vase vitro, suberino
obturaculo (cuius modi obturaculum admodum porosum
esse solet) caute tamen occluso, ne minimo quidem sa-
lis grano relicto, auolauerit. Vid. laudati auctoris exer-
citatio de atmosphaeris corporum consistentium p. m. 3.
Sollertissimus ille obseruator exercitatione de mira effluvio-
rum subtilitate Cap. V. p. m. 15. docet, quod nempe, cum
curiositatis gratia in bilance exacta, ut per exigua grani vnius
parte huc illuc flecteretur, frustum suspenderit ambrae gry-
seae, nuce iuglante maius, et plus quam centum grana pon-
derans, non potuerit trium et dimidi dierum spatio, quo
commode ipsierat rem experiri, vllum etiam in ista bi-
alance ponderis ambrae illius decrementum dignoscere, licet
suffimentum adeo locuples, dio expositum, probabile sit,
magnam halituum odoriferorum copiam eo temporis spa-
tio expirasse. Exigua etiam zibethi particula chirothecas, li-
bros, gladios, immo maiora corpora, e. g. vestes odore adeo*

im.

§. 8. 9.

imbuit, ut per longum temporis spatium eum seruent, etiam si continuo particulas odoriferas seu effluvia in aerem transmittant. Laudatus BOYLEVS l. c. refert, quod, quamquam chirothecarum suffumigendarum periti sat mediocri odoriferae materiae quantitate soleant eas imbuere, penes se tamen par chirothecarum Hispanicarum afferuerit, quae per viginti nouem, si non triginta, annorum spatium odorem retinuerint suum, eumque eo ipso, quo haec scripsit, tempore, adeo bene retinuisse, ut nil obstat viderit, quin per multos adhuc annos fragrantem illum odorem retinere porro valerent.

Quum exhalationes non nisi sub congerie et condensatione aliqua, in visus cadant sensum (§. 1.4.), sequitur, ut particulae, quae exhalationes constituant, sigillatim sumtae adeo exiguum habeant magnitudinem, ut radios ad oculum mittere sufficientes non possint, quibus in eo illarum imagines depingantur (per princip. optic.). Quum etiam absque sensibili molis et ponderis decremento corpus per satis magnum spatium effluvia sua dispergere, vel per exigua odoriferae materiae quantitas, qua corpus imbuitur, per notabile tempus effluvia transmittere sua possit, et fragrantem tamen retinere odorem (§. 4.); consequens est, ut eius modi exhalantes particulae magnitudinem et pondus tantae habeant exiguitatis, ut et magnitudo, et pondus sint fere pro nihilo habenda. Insignem exhalationum subtilitatem ea etiam confirmat experientia, qua cognoscitur, quod illae per meatus et poros admodum angustos in aerem transeant (§. 4.).

§. VI.

§. VI.

Quamplurima fluidorum, et mollium corporum facile emittere effluvia, eaque copiosa, fere inter omnes constat. Fluidorum vero particulae admodum leuiter inter se cohaerent, mollia sunt minore, dura autem maiore gradu solida (Praefid. Exercit. physic. §. 12. 43. 44.): obseruationes tamen testantur, dura corpora, non obstante arcta et admodum firma particularum inter se cohaesione, etiam emittere effluvia. Sic lapides solidissimi, nec non vitra, si tornantur, tantam effluviorum copiam effundunt ut odore quoque percipi queant. (vid. CHRIST. VATERI Physiol. experimental. Sect. III. Cap. I. de effluviis in genere, Experim. II. conf. Ephemer. German. Decur. II. An. III. p. 507.) Ferrum ipsum, sitornetur, grauem spargit odorem (conf. BOYLEI Exercit. de atmosphaeris corporum, p. m. 79.).

§. VII.

Fermentatione et putrefactione, vtpote motus intetini speciebus (Exercit. physic. §. 83), corpora, corumque dissoluuntur particulae, et hac mutatione exhalationes effundi multas, experientia confirmat.

§. VIII.

Quae itaque haec tenus propositimus, probant, quod exhalatio omnis particularum a corpore separationem et motum, immo eius modi requirat diuisionem, ut separatae particulae magnitudo et pondus sint fere pro nihilo habenda.

B

§. VIII.

§. VIII.

Omne compositum est diuisibile (vi princip. Ontolog.), ergo omne corpus, quamcunque habeat magnitudinem, per consequens pereXiguum quoque corpusculum est diuisibile. Quum vero progressus, sive regressus in infinitum in serie rationum non detur (per principia laudata), nullum corpus est in infinitum diuisibile: quamquam in eorum concedamus sententiam, qui ingentem in corporibus et admirandam obtinere diuisibilitatem, et fere incomprehensibilem dari subtilitatem existimant. Illustris WOLFIUS ostendit, in vnico auri grano, quod $\frac{1}{2}$ lineae cubicae spatium replet 16000000000 particulas deprehendi posse, subducto tantum calculo secundum microscopium, quod obiecti diametrum saltē in ratione 1 ad 20 adeoque ipsum corpus in ratione 1 ad 8000 amplificat. Quemadmodum vero singulae particulae non tantum speciem auri referant, sed & veri adhuc auri sint particulae, quae parua admodum habeant interstitia, quibus materia subtilior contineatur, facile de eius admiranda particularum subtilitate iudicari posse. Vid. longe celeberrimi viri vernünftige Gedanken von den Würkungen der Natur, Cap. I. §. 3. BOYLEVS suspensa quinque dies et dimidium asae foetidae massa, competit, eam vix sensibilem ponderis iacturam fecisse; quamuis, nequicquam obstante frigida tempestate, cingeretur atmosphaera, foetidis exhalationibus stipata. Et quamquam elapsis horis duodecim et amplius post mutatam coeli tempestatem, dictam massam inspecturus acceperit, licet immutatum nonnihil isto temporis spatio aequilibrium deprehenderit, tota tamen massa ne quidem octauam unius grani partem amiserat. Vid. eius Exercitatio de mira effluuiorum subtilitate p. m. 15. Foetidae eius modi

modi particulae magnitudinem 1000 000 000 000 000
lineae cubicae esse aequalem, demonstravit KEILIUS
in introduct, adveram phys. Leet. 5. p. 43. et seq.

§. X.

Quae corporum particulae sibi inuicem ac ceteris
tam solubili sunt nexu colligatae, vt, facta diuisione, vna
cum igneis in aerem abripi possint, dicuntur volatiles.
Fixae autem particulae sunt, quae sibi inuicem intimiori
sunt nexu colligatae, vt, facta diuisione, et sibi relietae,
vna cum igneis in aerem transfire renuant. Ex iam ad-
latis ideis adparet, vnum idemque corpus volatilium,
quibus gaudet, particularum respectu volatile, et respectu
particularum suarum fixarum fixum dici posse: a potiori
tamen hic quoque fieri denominatio solet. Sic fixarum
multitudo particularum in metallis volatilium quantita-
tem longissime superat, hinc metalla quoque corpora
fixa salutantur.

§. XI.

Aurum metallum esse fixissimum, in eo omnes con-
sentient physici et chymici. Germaniae chymicorum
princeps, illustris TEICHMEYERVS, elegantissima de
auro dissertatione, hoc in igne culinari, etiamq; gradus
adhibetur fortissimus, esse incombustibile, sic probauit:
aurum, inquit, in igne non consumitur, teste experientia
GVASTONIS CLAVEI, in Apologia chrysopoeiae p. 39. Hic
auctor vnicam vnam auri purissimi testaceo vasculo inclusit,
et quoque eo tempore vnicam vnam argenti finissimi et cupel-
lati in alio vasculo collocauit, ambo vascula cum suis metallis

B 2 per

22

per duorum mensum spatium in igne constanti furni vitriarii
detinuit, bis transactis, observavit, auri quantitatem exacte
perfisiisse in igne, argentum contra per ignis vim duodeci-
mam sui ponderis partem amississe. Magnus Dux Hetruriae
aurum per biennium in furno fudit sine ponderis imminutio-
ne. Haec experientia indicant, aurum in igne culinari,
etiam fortissimo gradu adhibito, esse incombustibile, quae per-
fectio reliquis metallis non competit. Quemadmodum vero
in relatione ad ignem culinarem maxime concentratus im-
mo fortissimus est ignis, qui radiis solis, ope magni speculi
vel vitri caustici Tschirnhausiani, collectis, in foco deprehen-
ditur: ita eodem igne fortissimo aurum partim in fumum,
partim in vitrum redigi potest. vid. Histoire de l'Acad. Roy.
des sciences A. 1702. p. 47. et A. 1707. p. 37. Fumum vero
inter exhalationes referendum esse, nemo temere negabit.
Ignis igitur, nisi particulae eius insigni admodum copia
colligantur, tantam auri diuisionem non efficit, ut mi-
nimum quaedam eius particulae vna cum igneis in aerem
abripi possint. Quicquid vero auri in particulas mini-
mas resolutionem auget, illud omnino etiam ad volati-
lisationem eius confert, unde aurum solutum, atque ter,
quaterque cum aqua regis cohabatum, forti adhibito
igne, adsurgit et per retortam cum suo menstruo descen-
dit in vas recipiens, vid. laudata dissertatio p. 23.

§. XII.

Resolutio adhaesionis sequitur leges * quas longe cele-
berrimus HAMBERGERVS noster in dissertatione de pri-
mis fluidorum phaenomenis monstrauit, et ad multas in
mun-

* vid. illustris HAMBERGERI Elementa physices Cap. IV. de mixtione et
separatione, et Praefidis Exercit. phys. Cap. VII. de corporum resolu-
tione et mixtione.

mundo physico mutationes explicandas felici conatu applicare solet Excellentiss. Praeses. Vi legum laudatarum, specificie leuius fluidum ex adhaesione agit in corpus specificie gravius, si contactus obtinet, adeoque hic est conditio, sub qua demum adhaesio et actio fieri potest: per consequens numerus punctorum contactus fluidi specificie leuioris, in specificie gravius agentis, gradum actionis determinat. Quanta igitur superficierum magnitudo valeat ad contactum, et ad illius actionis gradum una determinandum, haec ita sunt in promptu, ut disputatione non egeant. Superficies vero minoris corporis est relative maior superficie corporis maioris, id, quod quilibet facile experiri potest. Differat, exempli causa, frustum cretae, et quodlibet frustulum ea parte, qua cum altero frustulo ante fractionem cohaerebat, nouam sifset superficiem. Quodsi igitur partes superficie, quae ante fractionem visu percipiebatur, manent, continuata vero divisione cretae, superficies nouae accedunt, summa superficierum, frustulorum cretae, magnitudine superabit magnitudinem superficie, quae in creta ante fractionem conspiciebatur. Quemadmodum autem superficies relative maior maiorem numerum punctorum contactus praebat: ita corpus minimas in partes diuisum, vel quod partes habet subtiliores, aliis facile adhaeret corporibus, e. g. corpus ad puluerem subtilem redactum aliis promptissime adhaeret solidis. Potest etiam fluidi specificie leuioris actio in contiguum specificie gravius corpus augeri, si hoc in partes minores diuidatur, quod experientia quoque confirmat, nam solidis alicuius essentiae, vel tincturae ingredientibus in partes minores diuisis, solutio et saturatio

tio longe magis perficitur, quam si comminutio illa negligatur.

XIII.

Ignis, utpote inter ea, quae adhuc innotuerunt corpora, fluidum omnium leuissimum ac subtilissimum, reliquis corporibus omnibus non modo adhaeret facile, sed etiam, quia particulas habet minimas, in pluribus aliquod corpus punctis simul contingere, et in id fortiter agere potest (12.). Nullum igitur in hoc vniuerso adeo durum existit corpus, ut ab eo non particulas minimum alias separare, vel particularum inter se cohaesionem imminuere ignis possit.

§. XIII.

Ex idea exhalationum §. 1. a nobis proposita adaptet, in exhalationum indagandis rationibus primum de particularium a corporibus separatione, tum de earum in aerem secessu, post de earundem in aere esse sustentatione exponendum.

§. XV.

*Quod ad separationem attinet, nobis noti monentibus perspicitur, illi particularum inter se cohaesionem diuerso gradu resistere, et, quo minor obtinet cohaesio-
nis gradus, eo minorem eius respectu et magis subiugabilem esse resistantiam: contra, quo maior est particula-
rum cohaesio- gradus (sive corpus in se et sua natu-
ra firmam admodum particularum habeat cohaesionem,
sive eam magis ab externis caussis obtinuerit), eo diffici-
liorem esse separationem. Frigore corpora condensan-
tur*

(15)

tur (Praesid. Exercit. physic. §. 226.), hinc ipsorum particulae cohaesionem acquirunt fortiorum (§. 12.), quam ob caussam, frigore in corporibus regnante, particulae ab ipsis difficilis separantur.

§. XVI

Ignis omnis generis corpora extendit (vi experientiae): ergo partium corporis aliis contiguarum distantiam aliquam efficit, ut partim pluribus igneis, vel aliis penetrare et resoluere conantibus particulis, spatium concedatur maius, partim multis in punctis partium istius corporis impediatur contactus, ethinc cohaesio immunitur. Quo minor vero est in particularum separabilium cohaesione resistentia, eo maior et copiosior potest separatio accidere (§. 15. 12).

XVII.

Ignis, tanquam fluidum leuissimum, in reliqua agit corpora adhaesione (§. 13.), superficie aucta, fluidi specifice leuioris actio in contiguum specifice grauius augetur (§. 12.): extensio quam interpositae igneae efficiunt particulae, superficies corporis aliis augetur (§. 12. 16.): ergo ignis, extensio, corporis, in quod agit, sibi ipsi viam ad actionem maiorem parat.

§. XVIII.

Non dantur duo perfecte eadem in uno mundo (vi princip. cosmolog. general.): ergo non solum corpus a corpore, sed particula etiam a particula differre debet: quam ob rem substantiae materialis vnius affectiones non esse possunt perfecte eadem cum affectionibus alterius. Ipsa quoque

quoque experientia calculo comprobat suo, et corpora, et corpuscula, et particulas figura, mole, grauitate specifica, densitate, elasticitate, cohaesione, volatilitate, fixitate, etc. adeoque pauciorum, vel plurium affectionum respectu differet: vnde etiam fit, ut substantiae materiales alio, atque alio modo se ad se invicem accommodent. Admiranda igitur rerum in mundo adspectibili diuersitas infinitum creatoris intellectum, summam eius sapientiam, atque etiam mirificam testatur omnipotentiam.

§. XVIII.

Experientia confirmat, vires finitarum substantiarum insitas non esse perfecte easdem e. g. grauitates specificae insignem testantur differentiam, ferrum enim a ferro, cuprum a cupro, mercurius a mercurio, aqua ab aqua, etc. grauitate specifica differt. Simili ratione elasticitas est comparata. Ipsa quoque experientia testatur, in admodum exiguis corporibus figuram et magnitudinem mirum in modum differre, ut e. g. figuram quae habent sphaericam, alia magis, alia minus sphaerica, porro alia maiora, alia minora deprehendi (vi obseruationum microscopiorum ope instituendarum). Immo, quo magis in experientiis attentionem defigimus nostram, eo magis admiranda rerum in hoc vniuerso diuersitas cognoscitur.

§. XX.

Licet igitur corpora, siue corpuscula, siue particulae, idem genus, vel eandem speciem superiorem agnoscant, non tamen est probabile, quod perfecte eadem figura, magnitudine, vi insita, etc. sint praedita (§. 18. 19.). Itaque

que particulae igneae non vna eademque ratione, nec omnes conatu perfecte eodem actiones suas exserunt (§. 12.): per consequens vna alterave illarum efficere potest, quod quaedam reliquarum non valent. Quod si ergo particulae igneae ferantur versus vicinas et cohaesione parum resistentes alicuius corporis particulas, ab eodem minimum aliquae separantur.

§. XXI

Planetae in solem, et hic in planetas, itemque planetae secundarii in suum primarium, et hic in secundarios suos planetas grauitat (conf. S' GRAVES AND'E introduct. ad philosoph. NEWTON. T. I. L. VI. Cap. XI.), quam vero aether (de quo multa, eaque egregia, clarissimus vir GERH. ANDR. MULLERVS, Medicus mathematicis aequo ac physicis scientiis excellentissimus, quam solidissime demonstrauit *) omne non modo spatium, quo corpora coelestia continentur, sed omnia etiam in corporibus interstitia et poros replet (conf. praefidis exercit. physic. §. 268. 269.), hic, laudatis reciprocis corporum mundi totalium grauitationibus, singulis momentis versus corpora eorumque particulas premitur, quo pacto igneae in interstitiis et poris corporum haerentes particulae ad contactum et actionem sollicitantur: quo magis tamen multarum, ex quibus componitur corpus ab igne diuersum, particularum grauitas specifica variat, secundum quam ignearum adhaesio determinatur, eo magis particularum ignearum directio continue mutatur, adeoque modo versus hanc, modo versus aliam corporis partem igneae particulae conatum et actionem ex-

C

ercent,

* vid. longe clarissimi viri Untersuchung der wahren Ursache von Newton's allgemeiner Schwere, wie auch der bewegenden Kräfte der Körper.

ercent, ut alia atque alia ad separandas particulas ad commo-
datione (§. 18. 20.) minimum aliquae, quae scilicet proxime
separari poterant, actu separentur.

§. XXII.

Particularum ab aliis corporibus separationi, immo
materiae in minimas particulas diuisioni ignem esse apti-
sum, et hunc ipsum ad exhalationum seu effluvio-
rum ortum caussam constituere ex §§. 13. 16. 17. 20. 21. It. ad-
paret, nec probatione eget, quod pro ignearum particularum
maiore vel minore copia, diuerio actionis gradus
et corporum, vel particularum, quibus suum igneas
particulae conatum adplicant, natura et conditione, ma-
gis vel minus, citius vel tardius, immo quaedam aliquan-
do tota in exhalationes resoluantur.

§. XXIII.

Obiiciat quis phaenomenon, quo aquae in aere fri-
gidiori copiosiores dimittere vapores videntur, quam-
quam illae satis frigidae deprehendantur, nec tantam ex-
halationum aqueorum copiam aquae illae in aere calidio-
re effundant. Ast exhalationes exeuntes, ob aeris conti-
gui frigus, statim condensantur, vt vaporem (§. 3.) consti-
tuant, que in aere calidore dissipantur, vt signallatim
oculorum fugiant aciem (§. 1.). Ob similem rationem
tempore aestiu transspiratione insensibili quae per pul-
mones fiunt exhalationes, saepe satis copiosie, in visus sen-
sum non cadunt, quamquam in aere frigido, parciores
quoque eiusmodi exhalationes, sola condensacione, con-
spicuae reddantur.

§. XXIII.

§. XXIII.

Alius nobis obiiciat ipsas BOYLEI nostri obseruationes, quas Exercitat. de atmosphaeris corporum p. m. 4. sequentibus propositis verbis, mentem subit, me non tantum aqua, hinc valde rigida, non obstante aeris, in quo asservabantur, frigiditate, in exacta bilance, horarum non multarum spatio, redditam sensibiliter leviora comperisse; sed quia glacies habent corpus omnium, quae nouimus, frigidissimum, offendere nihil libet, etiam hoc corpus evaporatione ponderis sui iacturam facere. Librata enim commoda glaciei quantitate in bilance proba, eaque aere frigido, nocte gelante, sic exposita, ut e glacie non ex aqua fieret evaporation. postridem reperi, quod quamvis secca esset bilanx, cui imposta glacies fuerat (id quod aequa ac tempes tis gelida arguebat, concretum expositum non degelasse) pondus eius insigniter erat diminutum: Aique hoc experimentum in pluribus una hiemibus, inque pluribus uno locis, pari successu peregit. Obseruauit celeberrimus BOYLEVS, quod duae vnciae glaciei ponderis sui granorum decem iacturam fecerint. I.c.

Sed ad huiusmodi objectionem respondemus, quod a non percepto calore ad absolutum ignearum particularum defectum non valeat consequentia. Nam calor est motus particularum ignearum tactus organo sensibilis. Quicunque igitur particularum ignearum motus dicto organo non est sensibilis, ille nec caloris perceptionem habet connexam: et ex quibuscunque caussis occasionalibus ignearum particularum motus debilitatur, vel eius perceptio ab aliis fortioribus perceptionibus supprimitur, ex iisdem illis caussis calor vel parum, vel plane non percipitur. Aqua, hiemali tempore fluiditatem suam

C 2 adhuc

adhuc habens, eam ab igneis interspersis particulis obtinet (Exercit. Phys. §. 282.), quamquam nullus in illa deprehendi calor possit. Nec, valde faciente hierme, etiam si aer a sole satis illuminetur, calor in aere percipitur, ecquis autem eo tempore absolutum ignearum in aere particularum defectum adserere audeat, quum solis radii collecti et concentrati calorem non modo, sed plures etiam ignis manifestent effectus?

§. XXV.

Interstitia inter telluris corpora et horum partes, quae vacua esse videntur, aerem continent, nisi is vi quadam sit evacuatus (per experientiam). Aer inclusus elasticitate sua quidem nititur quaquaversus, sed haec vis cum aeris externi gravitate et densitate variante insigne subit modificationes (per principia aerometriae), et se maiore gradu exserit, quando igneae magis accedunt et augentur particulae (vi experientiae). Ex quibus intelligitur, quod aer, in interstitiis et poris corporum inclusus, motum intestinum non solum multis determinare modis, sed etiam, elasticitate per calorem aucta, contiguas et parum resistentes a se invicem separare corporum particulas possit. Fluidum crassius quoque separationem ad effluvia producenda efficere potest, in primis tamen igneis cooperantibus particulis. Sic calx viua et auripigmentum, bina corpora inodora, permixta et in aqua simplici cocta, grauem spirant odorem. Si salis ammoniaci puluis cum triplo calcis vitae in aere liberiori misceatur, statim exsurgit spiritus odoris vrinosi, eo copiosior, quo humidior est aer, ex quo nimirum aqueae se insinuantes particulae solutionem et liberationem praestant; copiosissima vero et

21

et penetrantissimi odoris effluvia prodeunt, si sufficiens aquae quantitas adfundatur.

§. XXVI.

Aer humidus et moderate calidus, seu paullulum frigidus, in vegetabilibus multis, solutionem et liberacionem effluviorum, eorumque collectionem efficit; unde florum tiliae, vitis, violae matronalis Syriacae, liliorum alborum, hyacinthi tuberosi, multorumque aliorum effluviorum fragrantia mane in primis et vesperi percipitur, quae, aere aestuoso et sicco regnante, admodum debitilis deprehenditur.

§. XXVII.

Corpus, quod vi caloris in maius volumen est expansum, dicitur rarefactum. Quoniam gravitates specificae sunt ut densitates (Illustr. WOLFI Elementor. Hydrostat. §. 33.), rarefactus aer specifice leuior est aere denseiore: quemadmodum vero fluidum leuius per gravius adscendere, cognitissimum est, e. g. vinum rubrum per aquam, hanc per mercurium adscendere: ita etiam facile adparet, aerem inferiorem, rarefactum, per aerem densiorem adscendere.

§. XXVIII.

Igneae particulae gaudent conatu continuo versus corpora vicina minus calida, seu particulis igneis minus repleta, et quando transeunt in corpus contiguum, hic transitus fit secundum leges adhaesionis *. Quando igitur

C 3

tur

* Vid. Illustris HAMBERGERI Element. Phys. Cap. V. de igne, et Praefid. Exercit. Phys. Cap. VIII. de igne, calore, et frigore.

§. 22.

tur aer minus calidus, quam est corpus, in quo particulae igneae, cum separatis cohaerentes particulis minimis, existunt, idem corpus tangit, particulae illae igneae in aeris contigi frigidioris interstitia penetrant, et particulas non pondere nimis resistentes, et cum quibus cohaerent, se cum rapiunt: transeuntes vero moleculae, dum, igneas ob particulatas sociatas, aere illo contiguo sunt calidores, eundem expandunt, ut ad aerem adscendat superiorem graviorem (.27.), et in illius locum nouis et frigidior succedat, quo pacto caussa secessus plurium particularum in atmosphaeram (§. 2.) corporis exhalantis fervari potest. Motus igitur aeris circa superficiem corporis exhalantis referendus est inter caussas secessus particularum in aerem, quae exhalationes constituunt. Experientia quoque probat, quod ventorum beneficio linteamina, aliae corpora humida, brevi temporis spatio, siccari possint.

§. XXVIII.

Quodsi igitur aer solutionem, liberationemque, atque etiam eleuationem particularum, exhalationes seu effluvia constituent, efficere valet (§. 25. 26. 28.): consequens sane est, ut quo liberius et in pluribus punctis aer exhalans potest corpus tangere, eo magis exhalationes iungere queat; vnde aromata aliae fragrantia corpora concisa, vel contusa, longe maiorem effluuiorum fragrantium copiam fistunt, quam si illa in partes minores diuisio omitatur (§. 12.).

§. XXX.

Ex hydrostaticis notum est, quod specificie leuius cum specificie grauiori, conveniente proportione, coniunctum

(23)

iunctum, constituat molem, sub qua grauitas specifica immunita deprehenditur. Chymicis experientiis constat, quod fixa corpora multa ad exhalationes effundendas, et ad volatilisationem determinentur, quando specifice levius corpus conueniente proportione additur, e. g. ferrum, cuprum, stannum, lapis haematites, si modo methodo vulgari cum sale ammoniaco in igne tractentur, sublimari possunt. Vid. Illustr. TEICHMEYERI Institut. Chymiae dogmat. et experimental. Cap. X. de floribus et sublimatis, quo in capite elegantissimo etiam auri et argenti volatilisationis rationes monstrantur. Quamquam igitur quædam particulae pondere suo nimis resistant, ut ignis et aeris viribus attolli nequeant, ad elevationem tamen subeundam determinantur, si, satis diuisae, cum specificè leuioribus ea coniungantur proportione, ut molecularam constituent, cuius pondus est minus viribus eleuantibus.

§. XXXL

Insignem quod cohaesio dare resistentiam possit, quodque solius cohaesionei beneficio ingens saepe moles et permagnum pondus sustentari queat, opera naturæ et artis quotidie commonstrant, et in dies confirmant. Mirum igitur non est, quod corporis specificè grauioris particula, si pondus habet minus, quam est fluidi specificè leuioris particularum inter se cohaesio, ab hoc fluido sustentari possit, sic e. c. exiguum metalli ramentum, quatenus pondus habet satis parvum, et, sub pari conditione, mercurii sphæerula in aqua natare solet. Itaque exhalationes in interstitiis aeris sustentari possunt, quatenus particulae a corporibus separatae, et cum aliis cohaerentes particulis molem constituunt, cuius pondus minus



minus est cohaesione partium aerearum; si vero eius modi molis pondus maius sit laudata cohaesione, tunc molem istam aer sustentare nequit. Vbi aer nimis est rarus, et hinc aereae particulae in adeo paucis sese contingunt punctis, ut cohaesio minor (§. 12.) sit pondere, quod quaelibet particularum exhalationem constituentium habet, ibi ab illo earum nulla sustentari potest. Aer vero superior semper est rarius aere inferiore (vi princip. aerometr.), adeoque superius aer est natura sua rarissimus, ergo in hoc exhalationes sustentari possunt nullae.

§. XXXII.

Quemadmodum philosophicae dissertationis limites prohibent, ut ne commentationes, quae multas medicas requirunt scientias, extra modum immisceamus: ita instituti ratio non fert, ut speciatim quoque de exhalationum seu effluviorum diversitate et variis effectibus agamus: quas igitur operas medicis relinquimus.

S. D. G.



(1)

PEREXIMIO CVLTISSIMO QVE IVVENI
IO. IACOBO ALGOEWERO

S. D.

IO. CHRISTIANVS STOCK, D.

Quamquam physica ea excellat virtute, vt animum cum delectatione demulcent, non tamen bene vitur physicae bonis, qui eiusdem excellentiam voluptate, non in uitationibus ad ardentiores Dei cultum metitur. TV vero, commentationis huius aucto^r praefantissime, genitoris TVI, coelo commendati, vestigii insistens, diuinam illam scientiam propter castissimas clementissimi Numinis venerationes expetendam esse re-
tius iudicas, et ipsam cum litterarum sanctorum studiis con-
iungis quam diligentissime. Multa quidem doctrina com-
paret in commentatione, qua generalia de exhalationi-
bus praecepta non modo in breuem summam scite et lit-
erate collegisti, sed propriis etiam TVIS expoliuisti me-
ditationibus: praeclari tamen ingenii TVI mihi cognita
natura in eam me adducit opinionem, vt studiorum fru-
etus tuorum non ad sanctiores scientias minus, quam ad
physicas pertinere augurer. Itaque paternae, ad quas
graſſaris, virtutes in TE erunt admirand e. Hoc vero
tempore ego TIBI, amice longe carissime, de edi-
to industriae et eruditio[n]is fructuofae specimine ex animo
gratulor, Deumque castis rogo precibus, vt impetum ad
studia TVVM, optima queuis minitantem, felicem, fau-
stum, et fortunatum semper ex omni parte esse iubeat:
ita optimae matri, ceterisque, vinculis et propinquitat[i],
et affinitatis, TIBI coniunctis, ipsique patriae praefidio eris
pariter ac ornamento. Vale. Scr. Ienae a. d. XVI. Ka-
lendar. Decembr. clo 15cc XXXXIII.

D



Si felix, quicunque potest inquirere causas
Rerum, TV felix rite vocandus eris.
Annuat his sanctum coepis ex aethere Numen,
Vt tandem capias praemia larga poli.

Pauca haec doctissimo huius dissertationis auctori
gratulabundus adscribit
CHRISTOPH. HENRICVS Besserec
de Thalfingen, Patricius Vlmenensis,
Opponens.

Gest der schöne Pfad! die Ehre blickt Dich an.
O Freund! Du siehst es schon was Dich erheben kann;
Du siehst des Vaters Bild mit feurigem Verlangen,
Nun weiß man das Du Ihm nicht schläfrich nachgegangen.
Es war es, welchen sonst Dein freyes Vaterland,
Als seinen Schmuck und Glanz als Patriot erkannt;
Du bist es, der schon längst dich Muster hochgeachtet
Dem Wege nachgespürt, nach iener Höh gerachtet,
Darauf Dein Vater stund. Die Freunde sehn Dir nach,
Man sah es, wie Dein Fleiß, durch Müh und Arbeit brach;
Den Erieb zu sätigen, der darum nur geglossen,
Der Tugend einzuehn, der Ehre gleich zu kommen,
Die Dir Dein Vater wies. Wie stark und ungemein
Wird Deiner Freundin Herz in voller Wallung seyn
Die Dich als Mutter liebt; So kanst Du Ihr auf Erden,
Bergniugen Trost und Rath, und beste Stütze werden,
Nun eil und steige fort, das Glücke folgt dabey,
Und glaube dieser Freund, bleibt Dir beständig treu

Michael Johann Gottlob Stock, N. P. C.

Wie

Die, kan Hochwerther Freund von seiner Wissenschaft,
von deinen selnen Gaben,
Noch Zweifel übrig seyn? dein Fleiß, von dem wir jetzt diß schöne
Denckmahl haben,
Legt uns zur Gnüge dar, wie rühmlich du bisher dem gu-
ten nachgejagt;
Und weiter schweige ich, weil unsre Freundschaft nur das
Loben untersagt.
Nur diesen treuen Wunsch, bey der Gelegenheit, heißt mich
die Liebe schreiben:
Freund! lebe stets beglückt; es wird vor deinen Fleiß der Ruhm
dein Lohn verbleiben.

Hierdurch suchte dem Herrn Verfasser der gelehrten
Dissertation zu gratuliren, und zugleich seiner Er-
gebenheit zu versichern
dessen
aufrichtiger Freund und Diener
Martin Huggelen, aus Ulm,
der G. G. Beslissener.

Freund! meine Muse schweigt an diesem Tage nicht
Da dein entbrannter Fleiß die erste Rosen bricht,
Woraus die Weisheit selbit, die deine Brust entzündet,
Dir den verdienten Kranz um deine Schläfe windet.
Dishat die Wachsamkeit; so wird ein Geist belohnt,
Der unverdrossen ist, nicht Del und Arbeit schont;
So möht der Weise sich der Ehre nach zu steigen,
So macht er endlich sich der Augen Beifall eignen.
Dein aufgckrätert Wir, dein reissender Verstand
Verspricht dir, was du suchst. Das frohe Vaterland
Weiß schon, wie stark du bist, und kennet dein Vermögen,
Sieht deiner Wiederkunst recht Ehn und ts voll entgegen,
Und denckt auf Würd und Lohn. Glück zu celebrierter Freund.
Wer Tugend und Verstand, so gut wie du vereint,

Den müssen Glück und Ruhm, der Zwilling Goldner Zeiten
Bis in den Höchsten Rang, bis zu der Gruft begleiten.

Hierdurch suchet sich nebst herzlicher gratulation zu
rühmlichst abgelagten aetno disputationis und amphi-
schung noch ferneren glücklichen und gesegneten
Wohler gehens, ein beständig geneigtes Anden-
ken vonden Wohl-Edlen und Hochgeehrten Herrn
Autore als seinem Werthgeschätzten Freunde aus-
zu bitten

Dessen

ergebenster Diener

Albrecht Daniel Halder, aus Ulm

S. S. Thol. Sud,

Gie, solte werther Freund ich wohl anieso schweigen?
Da mich so Pflicht als Treu hiezu verbindlich macht,
Da sich so Fähigkeit, als Wiz und Weisheit zeigen,
Die Dir den frohen Lohn vorlängstens zugesucht.
Du lieferst jeht der Welt die Proben Deiner Mühe,
Und was Dein Fleiß vermocht, zeigst Du mit Überfluss;
Wer zweifelt? Dass in Dir das Bild des Vaters blühe,
Des seligen Papa gerühmte Gottesfurcht, Gelehrsamkeit
und Leben,
Vovon das Vaterland so schöne Proben zeigt,
Ist Dir das Beispiel selbst nach Tugenden zu streben,
Und Du bist auch hierzu aus edlen Trieb geneigt.
Drun läst die Tugend Dir schon Ehren Kränze binden,
Das Schickal zeigt vorher, was es Dir künftig gönnt,
Ich freue mich mit Dir, Vergnügen zu empfinden,
So oft als man mit Ruhm nur Deinen Nahmen nennt.

Dem Hochzehrenden Herrn Verfaßer der aeltern
Disputation wolle hierdurch seinen aufrich-
tigsten Glückwunsch abstatten

Dessen

aufrichtigster Freund und Diener

Elias Kerler, aus Ulm,

Der Gottes Gelahrtheit beslissener,

00 A 6274

ULB Halle
002 913 380

3



56

VDA 8

Reha



N. A. C.

DISSERTATIO PHYSICA

DE

EXHALATIONIBVS SEV EFFLVVIIS

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

ERNESTO AVGVSTO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQUA

D. IMPERAT. AVG. CVM IMPERIO DVCE VNIVERSI
EQVITATVS LEGIONISQUE CATAPHRACTORVM
AEQVE AC PEDITVM PRAEFECTO

IN ACADEMIA IENENSI
PRAESIDE

IO. CHRISTIANO STOCKIO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
ILLIVS PROFESSORE EXTRAORD. ET ACAD. NAT. CVRIOS. ADSCRIPTO
PATRONO AC PRAECEPTORE
OMNI PIETATE ET OBSERVANTIA PROSEQUENDO
A. D. XVI. NOVEMBRIS A. S. A. C. P. 80 Is cc XXXXIII.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVEVICET AVCTOR

IO. IACOBVS ALGOEWER VLMENSIS

PHILOSOPHIAE ET SANCTIORIS SCIENTIAE CVLTOR

LOCO HORISQUE CONSVENTIS



LITTERIS MARGGRAFIANIS.